

**Lendormy-Laucour,
Antoine-Joseph-Victor - candidat /
Champagne Dufresnay, Henri-Hercule
- président / Lepreux, Paul-Gabriel. -
An convulsionibus recens natorum
vomitoria ?**

1781.

***Paris : Typis Quillau,
Saluberrimae Facultatis
Medicinae Typographi
Cote : ms 2337a n°67***

DEO OPTIMO MAX. UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCE,

Orthodoxorum Medicorum Patrono.

QUÆSTIO MEDICA*,

QUOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBUS;
*manè discutienda, in Scholis Medicorum, die Jovis decimâ-quintâ mensis
Novembris, anno Domini M. DCC. LXXXI.*

M. HENRICO-HERCULE CHAMPAGNE DU FRESNAY,
Doctore Medico, Præfide.

An convulsionibus recens natorum vomitoria?

I.

VITALEs auras vix carpsit tenellus infans, cum hominis tyrocinia poni jubet ingruens malorum caterva; non erat satis, quod, dum e materno carcere erumperet, mortis undèquaque laqueis premeretur; reverâ quàm variis partûs tempore, patuit insultibus novus orbis hospes; si iniquum obtinuerit situm, si perversa fuerit pelvis structura, si ob nimiam corporis molem, arctior evaserit pelvis ejusdem apertura; si avulsæ ictu immaturo placentæ radiculae, fuderint uberiorem sanguinis copiam; si ex rupturâ funiculi umbilicalis imminuerit lethalis hæmorrhagiæ periculum; si uterus recti sitûs immemor, ad latera, ad posticam, ad anticam partem nimis deflexerit; si præviis fuerit exitus seu funis umbilici, seu placentæ; si convulsionibus correpta fuerit parturiens, has inter tragœdias quot varii generis neces foetui quasi filo suspensæ, tenerum vitæ germen depascent, ni procellam instantem propulset perita obstetricantis manus: an tantis emptam periculis vitam recreabit benignior lucis ufura? Ab tenore eodem evoluta decurrent nascentis ævi stamina; & nondum ex uteri latebris omnino emerit infans, & jam querulo vagitu concessum munus accusat: dum enim ab aëris tactu, à vividâ luminis sonique impressione diversas patitur molestias; dum expansi pulmonum folles, sub insolito irruentis aëris pondere, sub novâ sanguinis transmittendi actione fasciunt; dum circulatio à primis moribus, si fas ita loqui, degener, suas mutat vices; dum tremuli artus, irrequietis & ferè convulsis jactationibus, aut laboranti machinæ condolere, aut excitandæ in tenui corpore mutationi, favere videntur; dum nerveos intestinorum apices vellicat retentum mæconii onus, misellus infans, inter ejulatus, discit à doloribus præsentiorum existentiam conscientiam mutuari: interea voluit prudens Natura ut jejunium quadraginta aut sexaginta horarum has vitæ primitias quasi consecraret, si quidem exsuecra ubera fugenti nullo modo respondent; erat igitur necessarium ut silerent ob maximam partem functiones naturales, dum tacito veluti pede procedit functionum vitalium evolutio;

* Auctore PAULO-GABRIELE LE PREUX, anno 1765.

E



simul atquè lac in mammarum tubulos irrepserit, citrà ullum noxæ metum; urgentem poterit infans famis stimulum retundere, nectareque vivifico sese proluere, blandis oculis ad gratum titillationis sensum subridente matre; sed ludunt me fabellæ! ubiquè adest nomen matris, nullibi officium. An dignitate maternâ cohonestandæ fœminæ, quibus sat est peperisse, sat per novem menses prolem gestaſſe, quæ nedum adblandienti vultu recens editam progeniem excipiant, nedum sanctissimum illum corporis fontem generis humani educatorem recludant, prolem, brevî, à complexu arcendam curant, conductitiâſque, proh dedecus! mercantur mammas quibus extillabit lac variis fortasse morborum seminiis foetum, quo degustato potabit infans longa diræ novercæ oblivia; sed proculcatis naturæ legibus, instabit ultrix pœna pede non claudō; & matres & natos fœvis demetet ictibus sors luctuosa; à genuino tramite lac aberrans, modo impere quasi factō, cerebrum, pulmoneſque puerperarum impetet, præcipitesque detrudet ad orcum, modo per lamellas textus cellulosi subrepens, partes lento morſu exedet; divulſo à maternis uberibus non minora impendebunt pericula; plantulam ſingas, opimæ telluri commiſſam, quæ ſuccis è nativo ſolo depromptis dives fronde ſuctuquè luxuriat, hanc ſi telluri novæ inferas, jam priſtinæ oblita formæ demittet caput, dabitque, marceſſens, ventis ludibria; non aliter infanti, dùm venale lac fugit, ſuus abit genarum decor, vaneſcit vividus ille ſanitatſis floſ, celeriquè gradu properat tabes, quam inſequitur morborum iliaſ; hinc triſtes diarrhææ, enormes vomitus, ventris tormina, hinc convulſiones, dirum morbi genus, quo non crudelior alter, ſi quidèm ſæpè necem prius intulit quàm advolaverit ars ſalutaris. Iſta convulſionum ſpecies, de quâ dicere animus eſt, intrâ primum à natalibus annum adoritur, caputquè maximè infeſtare ſolet; attamèn prima in tractu inteſtinali ſcena agitur; intumeſcit venter moxque coarctatur, ſtatimque membrſ paululùm rigeſcentibus, muſculos faciei invadit convulſio, ſubſultim ludunt labia, tremunt alæ narium, mirum in modum rorant oculi & vix tertiâ vice redibit convulſio, cùm mors jam prædam arripuerit; ferociæ hujus morbi debellandæ cùm minimè conducant remedia antiſpaſmodica & alia ejuſdem proſapiæ, vomitorium uſum, ratiocinio, analogiâ, experimentiſ fulti, confidentèr proponimus.

I I.

EA eſt infantiliſ machinæ fabrica, ut exile ac tenerrimum ſit fibrarum ſtamen, ut laxa corporiſ compages ſero diffuât, pulſus ſit frequens, acerquè deprehendatur calor; ex delicatiori fibræ texturâ ſequitur generiſ nervoſi mobilitas, totiſ corporiſ vaſorum ſyſtematiſ imbecillitas: ſtatim hunc perpendiculari mirum ne videbitur, hinc tantam adeſſe in infantili ætate ad convulſiones proclivitatem, hinc agmine frequentiori morboſ à ſeroſâ colluviè occurrere; quoad functioneſ naturaleſ eo ſeſe habent modo, intenſior viget appetituſ, chiloſiſquè brevî abſolvitur: attamèn ob debilitatem viriſum digeſtivarum vitiata ſempèr remanet digeſtio, ingeſtorumquè ſumma pluſ miniſve in intemperiem acidam facieſcit; hinc ſit ut in primis viiſ apud infantē ſempèr deliteſcat ſœda colluvieſ quæ ſanguiniſ alveo immerſa, viſcerum infarctuſ procreat; hiſ generaliorib긯 morborum infantiliſum cauſiſ ſuffragatur ſedula obſervatio; nunc cauſaſ ſpecialeſ ad trutinam revocare non abſ re erit; quandò materna ubera non duxit infans, coloſtro orbatur quo veluti blando medicamine, natura mæconii reliquiaſ abſtergere amat: hinc ſæpè ſæpiuſ evenit ut reſidua pars, ob eam quâ pollet acrimoniâ, ſenſiliores inteſtinorum fibraſ ſtimulet, ſtimulataſ diſtrahat, diſtractaſ ad niſuſ contractileſ provocet, ſicquè dira ventriſ tormina,

3

mox convulsiones gignat. Eosdem exercet effectus majori ingestum copiam lac spissioris consistentiae: refert Clarissimus *Wanswieten*, se vidisse post mortem ventriculum adeo distentum ingenti caseosa mole, ut mirum non fuerit lethales hinc ortas fuisse convulsiones; vomitus diu protrahi, hospitem in primis viis saburra, lac vergens seu ad acidam, seu ad alkalinam indolem convulsiones arcescent, praesertim si à parentibus hypochondriacis ortum repetat infans; ex memoratis convulsionum causis, lux forsitan, praxi medicae affulgebit: jam ratio prius in varias nutans partes, stare discit, jam arma cudit quibus victrix domito insultet hosti; jam clara voce ad emeticorum usum veluti ad sacram salutis anchoram confugiendum esse clamat; revera quam arte ad certum componeretur ordinem praecipit ac irregularis fibrarum motus, nisi, saburrâ, mediantibus vomitoriis, rite expurgatâ, perpetuus contractionum inordinatarum stimulus avelleretur.

I I I.

PER arduos Medicae praxeos calles, toties fulcris opus est, quoties è loco pes movendus; utque via tutior pateat, mille interroganda modis natura, seu ratiocinii, seu analogiae, seu experimentorum ope; quoad ratiocinium, in hoc sapere usque ad sobrietatem congruum est; magnum quid audeant aliquando in quibus faces subministravit analogia, saepe successus mensura fuit eadem, quae fuerat audacia; dum reputat secum illustrissimus *Carpus*, quasdam herpetum species mediantibus mercurii inunctionibus feliciter curari, aliundequè in memoriam revocat, teterrimam illam pestem fontes voluptatis atro inficientem veneno, praeter numerosam accidentium quos invehit familiam, herpetibus aliquando cutim foedare, analogicè concludit vim mercurii in eradicando herpete venereo non fore infirmiore, statim mercurium in usum vocat, palmanque hanc praeripit ut primus reluctanti hydrae frenum injiciat, paretque necem; liceat & nobis ex analogia depromere rationem methodi quam ad domandas infantum convulsiones proponendam statuimus; in convulsionibus adultorum, quoties genuina morbi causa in obscuris latet, usurpari emetica lex quasi sancita est; infantes dira torquet tussis cujus feritas eò magis crescit, quò largiori propinantur dosi olea, tussis haec ut constat apud praticos melioris notae, est mera ventriculi convulsio, & huic convulsioni tam prospero cedit omne emeticorum usus, ut totus curationis cardo in hoc volvatur. Cum morbum hunc inter & convulsiones mox memoratas nullum aliud ferè intercedat discrimen, nisi ratione loci affecti, plusquam verisimile est eandem requiri medelam: sed novum illud aedificium, firmiori experientiae basi adstruendum.

I V.

PENDET ab experientia omnis in re medica certitudo; sed dum quisque experientiam invocat, contingit ut hanc detorqueat saepe ad praconceptas opiniones, summopere igitur cavendum ne gliscat error, detque jura fallax experientiae simulacrum; cum plaris me referat ut observationes mox memorandae omni labe vacare videantur, hic Clarissimus *Petit* testimonio gloriari me, predicare liceat; eximius ille vir, nobis sanctè asseveravit nullam, in curandis infantum convulsionibus, expectandam opem ab antispasmodicis, siquidem ea multoties idoneo advocatus tempore, adhibuisset citrà ullum successum; contra vero quoties, vix elapsis post primam convulsionem duodecim horis, accessit fuisset, spes nunquam ab Ipecacuanha usu delusas fuisse, innumerosque infantes imminenti mortis periculo sic ereptos, evasisse; varia prout in medium exempla, ne longius excurram, placet huic sequenti duntaxat immorari; infans quatuor abhinc mensibus natus laborabat convulsionibus; jam triginta sex horae

4

effluerant, & infans morti proximus, deglutire jam non poterat; advolat opem latutus Clarissimus *Petit*, jubet injici clisma cui affusa fuisset vini emetici drachma una & semi; ut per quoddam tempus moras necceret clisma in intestinis, induriorum ope anum occludi voluit; post unam circiter horam, ingentes in tractu intestinali turbæ, cient vomitus enormes, sequitur copiosior alvi fluxus, fugatiquè convulsionibus, redit alma sanitas, si assensum ista non cogant, vix quidquam in rebus medicis pro certo tenendum.

V.

NE quis temerè objiciat, in infanrum affectibus, cautè admodum cum emeticis esse mercandum; nonne apud infantes ex voto naturæ adest vomitus, & faciliior ad vomitum propensio? nonne propter delitescentem in primis viis saburram, perpetuò, ut ità dicam, requiritur vomendi necessitas, aliundè mitiora tantùm & refractâ dosi usurpantur emetica, ut *Ipecacuanha*; sed cur nostros sistunt gressus inanes timorum umbræ? clara experientiæ vox ab omni objectione vendicat certitudinem conclusionis.

Ergò convulsionibus recens natorum vomitoria.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Franciscus-Nicolaus SIMONNET, Parisinus, in Senatu Patronus.	M. Edmundus-Joachinus BOURDOIS DE LA MOTTE, Senonensis.	M. Ludovicus-Joannes-Baptista COSNIER, Parisinus.
M. Franciscus DOUBLET, Carnuteus, in Senatu Patronus.	M. Michaël-Franciscus DE LA PLANCHE, Parisinus.	M. Petrus-Augustinus ADET, Porisensis.
M. Tuffanus-Claudius-Nicolaus NAVIER, Catalaunensis, Academia Catalaunensis Socius.	M. Christophorus Nicolaus DE JUSSIEU, Lugdunus.	M. Joannes-Jacobus MESSENCE, Andegavenfis.

✠

Proponebat Parisiis JOSEPHUS - VICTOR LENDORMY LAUCOUR; Mondiderinus, Doctor Medicus Remensis, necnon Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parisiensis Baccalaureus, A. R. S. H. 1781. AB OCTAVA AD MERIDIEM.

✠ mont à amis, et à tous pour sa réputation.
 vrai médecin de salon - Homme d'ailleurs très
 spirituel, très aimable; aimant aussi la bonne chère.
 il se mont à 19 ans, et le chirurgien a été la fin:

Typis QUILLAV, Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Typographi 1781,
 il n'était rien moins qu'endormi.